



V, 82.

2.417a



CVRIAM  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
**HERMVNDVRORVM**  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. XVIII

VT

D. T. O. M

SERENISSIMVM. PRINCIPEM. AC. DOMINVM  
DOMINVM

F R I D E R I C V M

MARGGRAFIVM. BRANDENBURGI. DVCEM. PRVSSIAE  
RELIQVA

FORTEM. SOSPITEM. INCOLVMEM. OBIRE. SINENTI

DIEM. NOMINALEM

D. V. MART. A. R. S. CICIOCLX

GRATES. QVAS. DEBEMVS. DE. SCHOLA

PRO. TENERRIMO. IN. PRINCIPEM. OPTIMVM. ADFFECTV  
SVBPLICES. ACTVROS. AVDIANT

CVRIANI. PROCERES. CIVES. Q

EST. QVOD. OBNIXE. ROGAT

ISTIVS. RECTOR

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS. A. M

CAESAREAE. FRANCISCEAE. LIBERALIVM. ARTIVM. ACADEMIAE. CONSILIA  
FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC  
HONORARIUS

CVRIA. REGNITIANAE  
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII  
GYMN. TYP.

## Intersectio II.

QVI HERMVNDVRORVM TERRAE FINES CIVILES?

## Particula I.

## Index dictorum.

- §. I. *Quinam?*  
 §. II. *Num tales?*  
 §. III. *Ab RAETIS?*  
 §. IIII. *Ab NARISCIS?*

- §. V. *Ab BOIIIS?*  
 §. VI. *Ab MARCOMANNIS?*  
 §. VII. *Ab QVADIS?*

## §. I.

Separantur gentes mutuo metu, 1.) pactis, moribus, institutis, lingua dialectoue eiusdem. 2.)

## §. II.

Fuisse HERMVNDVRIS istius modi limites ciuiles, haud grauatim cognoscet, modo si non piceat pedem efferre eorum finibus qua qua versum. Age dum, eas circumeas.

## §. III.

Si paullo ante 1.) relata omne tulerint punctum; HERMVNDVRIS ex austro 2.) erunt proximi RAETI, 3.) quibus viciis ROMANI tum rerum domini hic locorum.

## §. III.

1.) Ut Cornelianis ex libello de Situ, Moribus et Populis Germaniae Cap. I. n. 1. utar verbis in Iablonskiana redditis rotundissime per beiderseitige Furcht. Groenitianaē durch die einander tragende Forcht habenent communum sensum, si gegen ante einander fuerit insertum. Micyllianae durch die forcht, damit sich eyn landt fur dem andern beforgt, natum est circuitu loquendi. Pluribus ea enodarunt Cluuerius in German. Antiq. Lib. I. Cap. XI. et Lib. III. Cap. XXXXII. Berneggerus in Miscell. Quæst. et Iablonskius ad ista Taciti, aequæ ac ab istorum inter-

prete Dithmaro aduocati Werlhofius in Not. Imp. Encl. Spec. Sec. §. XXVI. p. 36. atque Ablancurtius.

2.) Ad quem modum ante me dudum sensit Lehmannus in Theatr. Hist. Memorab. Natur. Misn. Montan. Super. Sect. I. Cap. II. p. 5.

§. III. 1.) Interfectionis superiores Part. III. §. III.

2.) Quo collocavit Cellarius in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. Sect. III. §. LXXI.

3.) Quam in rem repeatas Cap. II. Sect. II. Int. II. Part. II. N. I. §. VI. in medium posita.

4.) Ut et in hanc.

## §. III.

Iuxta HERMVNDVROS agebant NARISCI, 1.) quos ex Nabo 2.) *Palatinatus*, qui vocatur, superioris fluvio haud ignobili nomen suum traxisse, sunt, 3.) qui perhibent dextro Apolline. Quae cum ita sunt comparata, HERMVNDVRIS a latere australi orientem versus 4.) egerint isti NARISCI, quoniam 5.) *Nabus* ex iugo montis, qui accolit ex arborum, quibus in primis est consitus, genere *Fichtelberg*, 6.) Latii stilo vtentibus 7.) haud quaquam ad amusim peritorum adpellatur *Pinifer*, defluens non longe a Ratis-

B b 2

bona

1.) Sribit Tacitus in Germ. Cap. XXXXII, princ.

2.) De quo tantum, quantum sufficit, dabit §. VII. Narisciae meae.

3.) Quos exhibet nota 1. ad §. X. dissertationis meae, qua iui monstratum, Curiam Regnitianam nullo iure Nariscorum cognominandam, in quorum, si non, vt par est, ponderas, sed solum numeras, numerum adscribes Vetterum et Dithmarum ad isthaec Corneliana, item Marbachium in Descript. Schoenek. Cap. I. §. XII. p. 7. In alia omnia discessit Iablonskius, neque id concessurum esse Auentinum in Annal. Boior. Lib. I. Cap. II. n. 1. dudum existimat Brechenmacherus in Notit. Sueu. Antiq. §. XIII. in Illustr. Wengelini Thef. Rer. Sueu. Vol. I. p. 80. seq.

4.) Recte censemtibus Schoppero in Chorograph. Teuton. Part. I. Cap. VII. p. 29. seq. Cluuerio in Germ. Antiq. Lib. III. Cap. XXVIII. Brechenmachero iam laudato, Pregezirer in Continuat. Gent. et Regnor. Europ. ex Sueuis §. XX. in

Wegelinianorum Vol. I. p. 271. Durrio de Terr. Aduocat. Cap. II. §. I. Cellario in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. Sect. III. §. LXXIII. Iunkero in German. Med. Aeu. Part. II. Cap. I. §. III. p. 105. seq. Spenero in Notit. German. Antiq. Lib. V. Cap. VI. §. VI. p. 128. Eceardo in Franc. Orient. Lib. I. §. X. p. 7. Gen. de Falkenstein in Antiq. et Memorab Nordgau, Part. I. Cap. I. §. V. et Part. V. Cap. I. §. XVII. p. 25. Cl. Steffensio in Hist. Vet. Teuton. Incol. Cl. III. p. 219. vt et Corneliana German. Cap. XXXII. pr. interpretibus Althamer, Beuthero, Vettero.

5.) Quod est videre supra in hujus Cap. III. Sect. I. Int. I. Part. I. §. III.

6.) De quo satis egi et ibi et Part. in sequenti II. §. III.

7.) Quibus argumenta non nullius momenti obposuisse, blandiebantur haud infimae caueae docti nuper publica recitatione examinanti mihi non populari illa trutina sed artificis statera, an *Fichtelberg* Latorum *Pinifer*.

bona 8.) Danubium influit, 9.) in cuius ripa HERMVNDVRIS  
iisdem cum Romanis commercium, 10.)

## §. V.

Hinc ipso sole oriente tegebantur HERMVNDVRI a BOIIS, 1.)  
vnde 2.) BOLEMI 3.) nomen significans loci veterem memoriam, 4.)  
quamuis

8.) De cuius urbis nomine potio-  
ra conquisiui, vbi inuestigabam, cur  
Curia cognominatur Regnitiana,  
§. VII.

9.) Quod in Notitia et Narisco-  
rum §. VI. et Hermundurorum  
Cap. III. Sect. I. Int. I. P. I. §. IIII.  
euici.

10.) De quo §. III. Part. III.  
eiusdem I. Interfectionis.

§. V. 1.) Qui indigenae an aliunde  
huc delati et qua via, serutati sunt  
Cluuerius in German. Antiq. Lib. III.  
Cap. XXX. Goldastus in Comment.  
de Regn. Bohem. Lib. I. Cap. III.  
Cellarius in Notit. Orb. Antiq. Lib.  
II. Cap. V. Sect. III. §. LXXV.  
Iunkerus in Geograph. German.  
Med. Aeu. Part. II. Cap. I. §. IIII.  
p. 82. seq. Schoepfelinus in Vindic.  
Celtic. §. LI. LII. et LV. Roche-  
zangius de Isiceren personatus in  
Descript. Bohem. Part. I. Cap. I.  
§. II. seqq. et, qui omnium locu-  
pletissime, Meierus de Boiorum  
Migrationibus.

2.) Teste Tacito de Sit. Mor. et  
Popul. German. Cap. XXVIII.  
n. 4.

3.) Ni potius Boiohemi Boiohei-  
miue, quale in libris Velleii Pater-

culi Hist. Rom. Lib. II. Cap. CVIII.  
n. 5. obuenit originis Germaniae  
prae se ferens Boiorum patriam, se-  
dem atque domicilium, quae est ve-  
ra interpretatio Althameri et Vetteri  
ad ista Corneliana, Carionis Chronic  
Peneri studio, continuati Lib. IIII.  
editionis priscae Teutonicae p. 8. et  
20. Glafeii in Hist. Pragmat. Bohem.  
Cap. I. Thes. I. p. 6. quorum vesti-  
gia fuerunt lecta in Nouissima Geo-  
graphia Europ. Itiner. Tom. I. Lib. I.  
Cap. III. §. I. p. 21. Audias tamen  
quoque Wachterum in Gloslar.  
German. v. Boheim Tom. I. p. 187.  
seq.

4.) In hunc usque diem in nomi-  
ne Boeheim vel Boehmen per tot se-  
cula seruatam, quod agnouerunt  
praeter Althamerum, Beutherum,  
Vetterum, Dithmarum, Iablonski-  
um Cornelii enarratores Cluuerius  
Cellariusque nota 1. laudati, Goldas-  
tus §. III. Iunkerus p. 83. Glafei-  
us nota 3. citatus, Rochezangius  
§. II. Cl. Steffensius in Hist. Vet.  
Teuton. Incol. Cl. IIII. p. 207. atque  
Historia Vniuersi Terrarum Orbis  
a doctis Britannorum profecta et a  
Baumgartenio ad Teutones traducta  
Lib. IIII. Cap. XIII. Sect. I. §. V.

quamvis mutatis cultoribus, 5.) qui BOIIIS pulsis 6.) facti sunt 7.) MARCOMANNI 8.)

## §. VI.

Hi MARCOMANNI 1.) pulsis 2.) olim 3.) BOIIIS 4.) occuparunt fines HERMVNDVRORVM, 5.) si quidem 6.) fuerint 7.) ὑπὸ τὴν Γαλερίαν 8.) ὑλην, quae iuncta 9.) Sudetis 10.) limiti 11.) HERMVNDVRORVM.

B b 3

## §. VII.

5.) Ut verba Taciti nota 2. iam ante nominati faciam mea.

6.) Quod adparuerit 8o inse-  
quenti.

7.) Quod pluribus persecuti sunt Althamerus et Beutherus ad eadem Taciti, Carionis Chronicon a Peucero continuatum Lib. IIII. p. 9. Cluverius in German. Antiq. Lib. III. Cap. III. et XXX. Goldastus de Regn. Bohem. Lib. I. Cap. V. §. II. Koele-  
rus de Rege Marcomannorum Ma-  
robodus §. III. Abelius in Antiquit.  
Teuton. et Saxon. Cap. II. §. III. n.  
30. seq. Ill. Masconius in Teuton.  
Hist. Lib. III. §. XVIII. Illustri-  
fimus Comes Bunianus in Teuton.  
Imperat. et Imperii Hist. Part. I. Lib. I.  
p. 35. seq. atque auctoris Historiae  
Vniuersalis paullo ante nota 4. lau-  
datae.

8.) De quibus aliqua in proxime  
sequentibus.

§. VI. 1.) Quorum adpellationem  
rimatus sum in nota 21. ad §. V.  
Sect. I. Cap. I. Lib. I. meae Notitiae  
Hermundurorum adhuc in ferinio  
meo latitantis sed publicae luci pa-  
ratae.

2.) Teste Tacito saepius citato

Cap. XXXII. n. 2.

3.) Anno P. C. N. XIII. si ratio  
recte fuit subducta ab Sommero de  
Regn. Vannian. Cap. I. §. II. nota  
(a) p. 15. vel anno prius ex calculo  
Speneri in Notit. German. Antiq.  
Lib. V. Cap. VI. §. VIII. ni forte  
citus, ut mauult III. de Iusti de Ex-  
pedite Roman. in Germ. §. XXXVII.  
et XXXVIII. immo, si Eccardi de  
Orig. Germ. Lib. I. §. CXII. p. 246.  
argumentis persuadeare, ipso illo  
tempore, quo Iesus Christus nasce-  
batur.

4.) De quibus superiori S.

5.) Ita conceptis verbis edicitur  
in Carionis Chronicis a Philippo Mc-  
Lanthonie procurati Lib. III. p. 6.  
Neque multum abit Arnoldi de Her-  
munduris §. V.

6.) Ad mentem Ptolemaei Ρεω-  
γραφ. ῥΦηγήσ. Lib. II. Cap. XI. cu-  
ius integrum locum transtuli in Va-  
risiae meae §. VI.

7.) Confessu Willichii ad Taciti  
nota 2, indicatum.

8.) De qua satis §. V. prioris  
Intersectionis Part. II.

9.) Ex rationibus ibidem excusis.

10.) De quibus factum fuit huius

## §. VII.

Quod si 1.) ALBIS 2.) oritur 3.) in HERMVNDVRIS; 4.) eos QVADI 5.) contigerint, 6.) vt pote qui *Silesiae superioris* non nulla tenuerint. 7.)

Sed

III. Capitis Sect. I. Int. I. Part. I.  
§. III.

11.) Quod monstravi in iisdem,  
quorum index est supra nota 8.

§. VII. 1.) Ita sane pronunciat  
Tacitus de German. Cap. XXXI,  
extr.

2.) De quo scribendi locus erit  
paullo infra Sect. II. Int. I. Part. I.

3.) Quo pacto, ibidem §. III.

4.) Quibus caput istius flumii qui-  
dam adfluerunt, plures negauerunt  
quorum omnes, ni quispiam se se  
conquirenti subduxit, ibidem coegi.

5.) Ante Tacitum de Sit. Morib.  
et Pop. German. Cap. XXXII. princ.  
nulli veterum, qui ad nos peruen-  
runt, memoriae proditis, aliquot  
tamen sequiorum aetatis, quos studio-  
se comparaui nota 27. ad §. III.  
Lib. I. Cap. I. Sect. I. libelli nota 1.  
ad praecedentem §. promisi.

6.) Quod qui expresse scriperit,  
nulum quidem noui.

7.) Quo faciunt Carionis Chro-  
nicon Peucerianum Lib. IIII. p. 20.  
Brentius de Vocab. Region. et Gent.  
apud Tacit. Spangenbergius in Chron.  
Saxon. Cap. XIII. Cluenerius in  
German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXI.  
Cromerus de Reb. Polon. Lib. I.  
Cap. XII. Sarnicius de Sit. et Ambit.

Vet. Sarmat. v. *Quadi* ad calcem  
Dlugosji quondam Lipsiae prodeun-  
tis Tom. II. p. 1881. Goldastus de  
Regn. Bohem. Lib. I. Cap. XII. §. II.  
Mieraelius in Antiq. Pomeran. Lib. I.  
§. XXXII. p. 33. Curaeus in Gent.  
Silef. Annal. p. 5. 7. et 17. Thebe-  
sius in Annal. Lignic. Part. I. Cap. I.  
§. I. princ. p. I. Rapoldus in Hist.  
de Illustr. Silef. Ducat. in de Som-  
mersberg Silef. Rer. Script. Tom. I.  
p. 106. seq. inque hac collectione  
ipse colligens p. 256. Diss. I. §. I. im-  
mo idem hic eques Silesius prius,  
quam in istum ordinem cooptaretur,  
dictus Sommerus in Regn. Vannian.  
Cap. I. §. I. quod vel ex nota p. 108.  
adlegati Tomi Silef. Rer. adparet,  
Lucae in Memorab. Silef. Part. I.  
Cap. I. p. 3. et Cap. II. p. 20. 22.  
Marbachius in Descript. Schoenek.  
Cap. I. §. XII. p. 7. Abelius in An-  
tiq. Teuton. et Saxon. Cap. II. §. III.  
p. 183. item Contin. Hist. Prusl. et  
Brandenburg. Part. II. Cap. V. p. 390.  
III. Comes Bunauius in Teuton.  
Imperat. et Imper. Hist. Part. I.  
Lib. I. p. 36. Geograph. Europ. Itiner.  
noua Tom. I. Lib. III. Cap. III. §. I.  
p. 556. quibus adde Althamerum,  
Willichium, Beutherum et Vetterum  
ad Corneliana nota 5. excitatum,

Sed siste gradum viator! Viribus deficiare, si vno itinere omnes  
 HERMVNDVRORVM fines obire tibi sumeres. Respira vel die,  
 qui FRIDERICIS facer est. Isne tibi in memoriam reuocet beneficiorum nubem, quibus per PRINCIPEM, qui nomen et omen  
 habet, fruimur diuino nutu, cui soli acceptum est ferendum,  
 quod ne nunc quidem, quae inter arma silent, siluerint *scholae* et  
*fera nostra*. Vnum quodque horum duobus togatis hinc ad Mu-  
 fas Ienenses transitiris materiem praebebit pro PATRE patriae  
 CLEMENTISSIMO vota, qua par est, nuncupandi pietate, quip-  
 pe quod horum prior *theologiae*, posterior *foro* se deuouerunt.

CHRISTIANVS THEOPHILVS ROTHIVS a Patre Christophoro Heinrico probo quidem, qui tamen liciis texendis prolem  
 octuplam alebat vix ac ne vix Saxonia adhuc pacata, iam  
 Marte irato plane non, Oelsnitio Vogtlandiae Saxonicae  
 a. d. XII. Calendas Nouembres deducebatur secundo loco  
 bonatus Curiam Brandenburgicam eiusdemque gymnasium et  
 pauperum contubernium. Contendit adolescens cum natura,  
 atque parciorem natus est, factus inde timidior, rite praem-  
 parando repetendoque, quod est probi discipuli. Aufus est  
 spissi sexto mense anni LVII. quo in primae classis ciues fue-  
 erat cooptatus, quadragesimum nonum natale SERENIS-  
 SIMAE FRIDERICAE SOPHIAE WILHELMINAE nomine  
 Curiani gratulari monstrando, *cuidam tum patriae MATRIS*  
 CELSSISSIMAE cum SERENISSIMO MARITO amicum in co-  
 lenda Musis elegantioribus certamen ad easdem colendas suis ci-  
 uibus subdere calcar acerrimum. Sed et superiori anno in mem-  
 oriam gymnasii ducentorum et tredecim annorum in templo  
 verbis primario proposuit *scholas*, quo infrequeniores, eo gra-  
 tiore, aequae ac antea vernacula prorsa, additis tantum yrsa  
 laudibus gratiisque. Confirmauerunt titubantem Amthoria-  
 no, in quorum manu est positum, beneficio, qui est mos  
 eorumdem, humanissime, quo suffultus progressurus est prope  
 diem, quo decet cultu, ad limina Viri Magnifici Ioannis Ernesti  
 Immanuelis Walchii, sub cuius primo fascium academicorum  
 et moderamine Salana denuo experiatur, qui flos sui a suis Wal-  
 chiis de literis immortaliter meritis, ut inter ciues academi-  
 cos recipiatur.

GEORGIVS CHRISTORHORVS WETTENGELIVS presit vesti-  
 gia, quae et in Curiana et in Salana remanserunt, laude di-  
 gnissi-



gnissima Parentis Viri Praenobilissimi Ioannis Adathi, qui in  
foro Generosissimae Zedwicensis gentis Aschauiae ab actis  
publicis, natu maximus. Adeo autem pertinaciter operatus est  
Apollini Curiano, vt ei haud suclamandum; poteras has ho-  
ras non perdere. Fuerunt argumento promptae et commoda ad  
tempore nec vulgari industria exarata. Fuit oda Germanica, qua  
sibi ipsi sponte currenti addebat calcaria, ne patiatur antecellere  
commilitones votis pro SERENISSIMO Curiani NVTRICIO,  
quo feliciter imperante extraneus flagrante vbiq[ue] funefissimo  
hollo Mineruae otiis erat fruitus, in PRINCIPIS Musis INDVL-  
GENTISSLMI natali quadragesimo nono,

Discessurus est simul

MATTHIAS FRISCHIVS, quem natu maiorem Pater apud  
Schauensteinenses vicinos Consul et supra sortem suam fa-  
piens Ioannes Adamus pridie Nonas Quinctiles seculi, quod  
agimus, anno quinquagesimo tertio ad athenaei nostri classem  
quartam eiusdemque alumneum adduxit. Ex eo literis, mori-  
bus et musica ita profecit, vt Illustrē Consistorium Barutinum  
eum haberet dignum, quem satis tentatum ablegaret nuperrime  
a. d. XVI. Calendas Februarias ad Helmbrechtenses in proximo  
Cantoris vices ibi obeundi causa, cuius fere per mensem iam  
dedit periculum non sine adplausu. Id ei fecit locum in his  
ipsis PRINCIPIS sibi CLEMENTISSIMI nataliciis solennibus  
Graeco ore dicendi de canto verum Deum colendi genere peran-  
tiquo, qui in nuperis Martinalibus Latino, Lutherum haud  
fuisse bellicosum, monstrauerat, vbi superioris auditorii audi-  
toribus nondum per annum interfuerat.

Nulli horum Parentum, qui praesentiae suae spem faciunt ex-  
optatissimam, depositum suum gratissimum adpellati abnegamus,  
quin quodque cuique bonis verbis reddamus fartum tectumque in  
publico, quem his rogatum imus, vrbis procerum ciuiumque con-  
fessu, eoque solito frequentiori, quam primum non integrum cle-  
psydrā sed vix quadrantem eius dederint memoriae et iam de hac  
ipsa cathedra, in quam de arca nostra angustiori non nulla nobis  
cum adportabimus, olim bene meriti, Philippi Melanthonis,

qui ante hos ducentos annos a. d. XIII. Calendas Maias

literis fuit ereptus.

Yb 4473

KD 18

ULB Halle  
006 302 904

3



2c



# Farbkarte #13



CVRIAM  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
**HERMVNDVRORVM**  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. XVIII

VT  
D. T. O. M  
SERENISSIMVM. PRINCIPEM. AC. DOMINVM  
DOMINVM  
F R I D E R I C V M  
MARGGRAFIVM. BRANDENBURGI. DVCEM. PRUSSIAE  
RELIQVA  
FORTEM. SOSPITEM. INCOLVMEM. OBIRE. SINENTI  
DIEM. NOMINALEM  
D. V. MART. A. R. S. CICICCLX  
GRATES. QVAS. DEBEMVS. DE. SCHOLA  
PRO. TENERRIMO. IN. PRINCIPEM. OPTIMVM. ADFECTV  
SVBLICES. ACTVROS. AVDIANT  
CVRIANI. PROCERES. CIVES. Q  
EST. QVOD. OBNIXE. ROGAT  
ISTIVS. RECTOR  
PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS. A. M  
CAESAREAE. FRANCISCEAE. LIBERALIVM. ARTIVM. ACADEMIAE. CONSILIA  
FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC  
HONORARIVS

CVRIA. REGNITIANAE  
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII  
GYMN. TYP